

## Regum III

147

Quid acceperunt viri pro omine et festinatētes  
 rapuerunt hōmī ex ore eius atque dixerunt:  
 Frater tuus benadab vivit. Et dixit eis:  
 Ire et adducite eum ad me. Egressus est ergo  
 ad eum benadab et levavit eum in currum suum.  
 Qui dixit ei: Civitates quas tulit pater  
 meus a patre tuo reddam et plateas fac tibi  
 in damasco sic facit pater meus in samaria  
 et ego federatus recedam a te. Depi-  
 git ergo sedes et dimisit eum. Tunc vir quidam  
 de filiis prophetarum dixit ad socium suum in  
 hōmine dñi. Percute me. At ille noluit  
 percutere. Cui ait: Quia noluit audire  
 vocem dñi. ecce recedes a me et percutiet  
 te leo. Tunc paululum recessisset ab eo et  
 venit eum leo atque percussit. Sed et alter  
 inveniētes virum dixit ad eum: Percute  
 me. Qui percussit eum et vulneravit. Abiit  
 ergo propheta et occurrit regi in via et mutavit  
 aspersione pulveris os et oculos suos.  
 Tunc rex transiisset et clamavit ad reges et  
 ait: Servus tuus egressus est ad filium  
 dñi comitibus: cumque fugisset vir unus ad-  
 duxit eum quidam ad me et ait: Custodi vi-  
 rum istum. Qui si lapsus fuerit erit anima  
 tua pro anima eius aut talentum argenti appen-  
 det. Dum autem ego turbatus huc illucque  
 me verterem subito non invenit. Et ait  
 rex israel ad eum. Hoc est iudicium tuum quod  
 ipse decreverunt. At ille statim absterxit pul-  
 verem de facie sua et cognovit eum rex israel  
 quod esset de prophetis. Qui ait ad eum: Hec  
 dicit dñs: Quia dimisisti virum dignum  
 morte de manu tua erit anima tua pro  
 anima eius et populus tuus pro populo eius.  
 Reversus est igitur rex israel in domum  
 suam audire cōtēnens et furibundus ve-  
 nit in samariam.

## XXI

**P**ost hōmī autem hōmī illo vinea  
 erat naboth iezabelite que erat in  
 iezabel in palatio achab regis  
 samarie. Locutus est ergo achab ad naboth  
 dicens: Da mihi vineam tuam ut faciam mi-  
 hi hortum olerum quia vicina est et prope do-  
 mum meam. Daboque tibi pro ea vineam me-  
 liorem aut si commodius tibi putas argen-  
 ti precium quantum digna est. Cui respondit na-  
 both:

Propitius sit mihi dñs ne dem  
 hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo  
 achab in domum suam indignatus et fieri  
 dicens super verbo quod locutus fuerat ad eum  
 naboth iezabelites dicens: non dabo tibi  
 hereditatem patrum meorum. Et percipiens se  
 in lectulum suum avertit faciem suam ad parie-  
 tem et non comedit panem. Ingressa est autem  
 ad eum iezabel vxor sua et dixit ei: Quid  
 est hoc unde anima tua contristata est et qua-  
 re non comedis panem? Qui respondit ei: Lo-  
 cutus sum naboth iezabelite et dixit ei:  
 Da mihi vineam tuam accepta pecunia  
 aut si tibi placet dabo tibi vineam melio-  
 rem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vi-  
 neam meam. Dixit ergo ad eum iezabel vxor  
 eius: Brandis auctoritatis eius et bene regis  
 regnum israel. Surge et comedere panem et  
 equo animo esto. Ego dabo tibi vineam na-  
 both iezabelite. Scripsit itaque literas  
 ex nomine achab et signavit eas anulo eius  
 et misit ad maiores natu et optimates qui  
 erant in civitate eius et habitabant cum na-  
 both. Litterarum autem hec erat sententia. Pre-  
 dicare ieiunium et sedere facite naboth in  
 primos populi et submittite duos viros si-  
 lios belial pro eum et falsum testimonium di-  
 cant. benedixit naboth deum et regem et edu-  
 cite eum et lapidate. sicque moriatur. Fecerunt  
 ergo cives eius maiores natu et optimates  
 qui habitabant cum eo in urbe sicut precepit  
 eis iezabel et sicut scriptum erat in litteris  
 quas miserat ad eos. Predicaverunt ieiunium  
 et sedere fecerunt naboth in primos populi  
 et adductis duobus viris filiis diaboli fe-  
 cerunt eos sedere pro eum. At illi filii viri di-  
 abolici dixerunt pro eum testimonium coram  
 multitudine. Benedixit naboth deum et re-  
 gem. Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem et  
 lapidibus interfecerunt. Miseruntque ad iezabel  
 dicens: Lapidatus est naboth et mortuus est.  
 Factum est autem cum audivisset iezabel  
 lapidatum naboth et mortuum locuta est ad  
 achab. Surge posside vineam naboth iezabelite  
 quam noluit tibi acquiescere et dare  
 eam accepta pecunia. Non enim vivit na-  
 both sed mortuus est. Quid cum audivisset achab

p